



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis E Societate Iesv, De Eloqventia
Sacra Et Hvmana**

Caussin, Nicolas

Coloniae Agrippinae, 1626

De Stylo Frigido. Capvt IIIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68724](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68724)

Caucaso lanatum exprimeret, & hanc deinde tabulam in Mineræ templo consecrasse.

Spiridionis cacozelia insignis. enec. in Parrhasii consuet.

Spiridion, cum præstantissimi illius artificis manum, & exquisitissimæ tabellæ decus verbis commendaret, eò usque profectus est, vt diceret, ad hanc Parrhasij tabulam, cum esset in Parthenone posita, vultures vndique lanatum, cadauer ratos, frequentes aduolasse, quæ oratio, vt frigida, & κενωστικὴ nota per insignis, ab omnibus, qui aderant, declamatoribus est excepta. Qui fieri enim poterat, vt vultures in celeberrimum istud Atheniensium sanum, cum esset vndique tectum, & clausum aduolarent: nisi fortè putauit, vultures, templa in luce vibium posita, non secus, ac passeris, & hirundines frequentare, atque in ea sese aliquando per foramina penetrare.

Quam multa similia quotidie admittuntur a pueris, qui cum aliquid legerint, aut audierint, statim in imitationem trahunt, id minime poterantes, an res, quæ comparantur, similibus inter se adiunctis congruant. Ex quo fit, vt ab imitatione, qui plurimum iuari, conformarique deberent, iudicij, & mentis penuria sapissimè deriuat errorem.

De Stylo Frigido.

CAPVT IIII.

Demet. Phaler. περιούρι.

FRigidum quoque sæpe cum ipso cacozelo misceri, testis est, vel hic Demetrii, Phalerei locus.

Πολλάκις μὲν τε τοῦ ἀδυνατόμα αὐτοῦ χρόνῳ ἔστι καὶ ὡς νῦν ὀνομάζομεν κακόζελον: sæpe item frigidus est sensus, quem nunc cacozelum nominamus. Et Aristoteles inflata verba vocat ψυχρά. Longius verò postquam de tumido, & puerili differuit, addit ὁμοίως δὲ τῶν ἐπισημῶν λέγω τὰ ψυχρὰ πρὸς τὸ πῦρ. Si tamen disquisitiùs enucleare velimus, inueniemus frigidum, quod ab ipso Cassio annotatum est, esse magis circa nouos, hospites, & peregrinos sensus, quam circa tumorem verborum, frigidum autem appellatur, non quòd languidum sit, & remissum (nihil enim ferme istis ingenijs, quæ hanc dicendi καλοῦσθαι affectant, callidius;) sed quòd permiciosum quodlibet, & nocens temperatūra, vt annotat Seruius ad Bucolicam Virgilio, vocetur frigidum. Ita pari iure, quòd

Quid proprie frigidum.

γοργίους περιουσιαι. D. Hal. in ep. ad Pomp. Frigidi stylo

styli optimam temperiem corrumpit, τὸ ψυχρὸν translato à Medicis nomine, est appellatum. Aliiter γοργίον, nominatur, quòd Gorgias sophista, multus in his sensibus fertur excitisse. Quanquam, quòd Dionysius, Longinus, & Hermogenes adeo exagitant, de animatu sepulchris, non ita videtur absurdum. Aristophanes autem Comicus non modo frigus, sed & niues, styli alicuius inepti poetæ in peras commemorat his verbis.

appellatur γοργίον καὶ ψυχρὸν ἵππ. Suid. in voce ψυχρῶν.

Κατένεψε τὴν θρόνον χιόνι πολλῇ. vbi Suidas, Καμφοδῶν οὖν αὐτὸν περιήρησι τὴν πολλὴν χιόνια τῆς τέττα περι τὰ παιήματα ψυχρότητι.

Suid. in voce ψυχρῶν.

Exijs autem, quæ dicta sunt, apparet stylium frigidum esse τὸ περι τὰς νοήσεις ἔξενον, cum, qui constat sensibus nouis, & peregrinis, addo etiam puridis. Inflatus rerum, & verborum strepitus ferri solet, cum aliqua specie magnitudinis: Cacozelus in infelici, & arumrosa imitatione consensescit: frigidus tortos, & violentos sensus, veluti nouatoris ingenij foetus, iudicij lumine orbatos egerit.

Inflati, & coxali, & frigidi diffrimma.

Exempla frigidi ex Plutarcho, & Cassio talia sunt. Natus est Alexander, ea ipsa nocte, qua Diana Ephesiae templum insana, & orbi terrarum admiranda substructio conflagrauit: Ex eo, cum de Alexandri laudibus diceret Hegesias, qui inter frigidos sophistas commemoratur à Longino. Minime mirandum est, inquit, si Diana templum tam graui incendio arserit: quippe Deum in ipso Olympo partu, quo Alexander editus est, obstruendi laboribus, & curis distracta, ignem non valuit restinguere.

Frigidi exempla.

Hegesias frigidum.

Huius epiphonematis tantum esse frigidum Plutarchus asseuerat, vt id ipsum, ad Ephesij templi incendium restinguendum, satis validum fuisse videatur.

Restiudum in Diana Ephesia incendium. Plutarco.

Ἡ γησίας ὁμοίως δὲ τῶν ἐπισημῶν λέγω τὰ ψυχρὰ πρὸς τὸ πῦρ. Ἡ γησίας ὁμοίως δὲ τῶν ἐπισημῶν λέγω τὰ ψυχρὰ πρὸς τὸ πῦρ. Ἡ γησίας ὁμοίως δὲ τῶν ἐπισημῶν λέγω τὰ ψυχρὰ πρὸς τὸ πῦρ.

Plutarco.

Alterum exemplum profertur à Cassio Longino, quòd sumptum est ex Timæo. Quippe, hic Alexandrum magnis laudibus effertens, cum Isocrate comparat, & vehementer commendat, quòd paucioribus annis Asiam subegerit, quam vnam orationem Panegyricam scripserit Isocrates. Hic Criticus deridens exclamat.

Alexandro cum Isocrate comparatus ridens.

Θαύ.

ὁ ἀδμῶντος ἡγεῖται Μακεδόνων ἡ πρός τὴν ἑσπέρην
ὄρασις! ὁ admirabilem Alexandri cum so-
phista comparationem: certe hoc frigidum ho-
minis sensu. Hæc tamen tota Lacedæmoniorum
Repub. longè fortior haberetur, quando intra
decennium Panegyricum absoluit. At illi, non
nisi intra annorum triginta spatium, Messenā
expugnant.

Tertium est ex eadem officina, concisis Sicu-
la clade Atheniensium viribus, opera cuiusdā
Hæmocratis, exclamat, Non sine magna mentis
consilio factum esse, ut Athenienses, qui in Mercu-
rij statuas fuerant impij, per Hæmocratem filium
Hæmonis, violata religionis pœnas persolverent.
Hæc frigida, & inepta Longinus iudicat, quæ
tamen excusari facile possent.

Sed in hoc genere nihil est Hebræorum scri-
ptoribus, quos Rabinos vocant, infantius, ap-
ud quos frigidorum sensuum exempla. &
plurima sunt, & maxime ridicula, quæ illud
est eius, qui in hæc verba psal. 61. scribens, Iu-
menta in montibus, & boves: ubi textus Hebræ-
us habet

Behemoth behæve aleph. אֵלֶּף הַבְּהֵמוֹת
Iumenta in montibus mille, hic frigidus
commentarius belluam vnam fuisse vastissi-
mam narrat, plurali numero designatam à Pro-
pheta, cui ad diurnum pabulum, mille monti-
um herbæ à Deo essent assignatæ.

Alius in illud Exod. 4. Obsecro Domine, non
sum eloquens, commentatur Mosen, cum esset
trium annorum puer, Pharaoni fuisse oblatum,
delectatumque Regem mellis infantis indole,
diadema illi inter ludendum imposuisse,
quod cum Moyses proiecisset in terram, pedi-
busque conculcasset, id pro infausto quodam
omine acceptum; cumque Regis filia tribuisset
infantis inscitiam, de consilio, & industria viri
apud Hebræos imprimis sapientis, ad explo-
randam pusionis simplicitatem, sciens ne illud
an imprudens fecisset; prunæ illi ardentes sunt
appositæ, quas cum ore contigisset, inde extre-
mæ linguæ adhesionem, perpetuamque balbu-
tiam, atque hæsitantiam contraxit.

Huic vitio obnoxij sunt, qui in sacris literis
allegoricos ubique consecretant sensus, & om-
nia in eas, quas sibi finxerunt imagines, effor-
mant. Qua in re nimij sunt plerumque Orige-
nes, & Philo, qui allegoriarum studio, in frigi-
da sæpissimè de ferri coguntur.

Nam, etsi allegoriarum grata sit, ac vernans
amœnitas, ubi tamen nimis crebræ sunt, &

violentæ, placere doctis auribus nullo modo
possunt. Cui enim semper istæ interpretationes
arrideant? Porticus Salomonis, est conuersatio
Christi. Arcturus lux, & Pleiades noui testamen-
ti gratia. Sudes acuta sanctorum consilia. Salua
intima contemplationis sapor. Ibesces magistri spi-
rituales. Sapphirus prædicatores noui testamenti.
Perdix diabolus Scynifes Dialectici. quanquam
hoc postremum subtiliter ab Origine dictum;
Hoc enim animal pennis quidem suspenditur
per æra volitans, sed ira subtile est, & minu-
tum, ut oculi visum, nisi acutè cernentis effu-
giat, corpus tamen cum infederit, acerbissimo
terebrat stimulo, ut quem volitantem videre
quis non valeat, sentiat stimulantem.

Hoc ergo animalis genus (inquit) dignissimè
puto arti Dialecticæ comparari, quæ minutis,
& subtilibus verborum stimulis animos tere-
brat, & intelligentiæ oculos decipit.

De stylo puerili.

CAPVT V.

Vicinum est istis generibus puerile, quod
Cassius Longinus nominat, ἀδὴν πῦρ πο-
ύρον, & ἀγνώστου. Habet enim tumorem,
& cacozelum, & frigida permulta sibi annexa;
hoc autem proprium obtinet, ut inanem quan-
dam suauitatem, Adonidis hortis steriliorem
quàm audissimè venerit. Iraque sensus in eo
fermè sunt tenuiuli, cum aliqua illecebra va-
nissimè iucunditatis, lusus minuti, digressiones
ineptæ, allusiones ad verba, affectatæ rerum de-
scriptiones, luxuriantes figuræ, inopia iudicij,
redundantia sermonis, verba vndique ad osten-
tationem collecta, & rhythmorum, circum scri-
ptionumque putida elaboratio. Talis est ista
Mæcenatis, auctore suo mollior oratio.

Quid purius omne, glui, que ripa comantibus
Vide ut alueum lintribus arent, versoque vado
remittant hortos.

Quid si quis foemina cirro crepat, & labris co-
lumbatur: incipitque suspirans, ut cernice laxa
feratur. Nemo tyranni, irremediabilis factio, ri-
manitur epulas, lagenæque tentant domos, & sæpè
mortem exigunt.

Genium festo viri suo testem, tenuis cerei fila,
& crepacem mola focum mater, aut uxor inue-
stiunt.

Quæ pueritiæ ludicra? Num statim hæc cum
legeris (inquit Seneca) hoc tibi occurret, hunc
esse, qui solutis tunicis in vibe semper incef-
serit.

Ha allego-
ria i e a
Pis: bus cu
sate pruden-
tia ista,
non sunt
ubique imi-
tanda.
Orig. homil.
4. in Exod.
Scynifes cu
d. d. d. d. d.
comparau-
tur.

Stylus pue-
rilis qualis

Puerilis Sty-
li in verbis
exempla.
Mæcenatis
vers o pue-
rilis.

Vide Senec.
ep. 114.

Et τὸν Εἰ-
μὴν ἀρτε-
αυτὸς ἴσ-
ταί σινυ.

Rabinorum
sensu fri-
gidi.

Allegoria-
rum in sa-
era scriptu-
ra nimij in-
dagatores
sæpe inci-
dunt in fri-
gida.
Origines
philomi-
nii in alle-
gorijs.

